

DISPUTATIO INAUGURALIS
M E D I C A

De

HÆMORRHAGIIS
ACTIVIS IN GENERE
ET IN SPECIE.

Quam

PRÆSIDE DIVINO NUMINE

Ex

AUTHORITATE & DECRETO

Nobilissimæ ac Amplissimæ

FACULTATIS MEDICÆ
in Regia, quæ Duisburgi-Clivo-
rum floret Academia,

Pro

Summis in Medicina honoribus, prærogativis, im-
munitatibus & privilegiis Doctoralibus ritè ac
legitimè capeffendis.

Publica Eruditorum examini submittit

JOHANNES FRIDERICUS von de SANDE,
Reesâ - Clivensis,

Ad diem 26 Octob. horis locoque solitis.

DUISBURGI ad RHENUM,

Typis JOHANNIS SAS, Academiae Typographi,
Anno M DCC IX.


211A R V I R O T U B I
ILLUSTRI, AMPLISSIMO,
EXCELLENTISSIMO
DN. GERHARDO
BECKERO,
S. REGIÆ MAJESTAT.
BORUSS. ET ELECT.
BRANDENB. CONSILIARIO
SPLENDIDISSIMO, ET IN AULA
ELECT. PALATINA LEGATO ORDI-
NARIO, LONGE MERITISSIMO,
AVUNCULO SUO CLA-
RISSIMO.

Dissertatione hac Inaugurali se
que studia ea qua par est reverentia
D. D. D.

JOHANNES FRIDERICUS von de SANDE
AUCTOR.

Anno M DCC LX





PROOEMIUM.



Um in hodiernis Scholis lex sit, ut Candidatus doctorem dignitatem affectans, *Qua* sibi eligat & typis mandet, non solum, sed & publico & solenni eruditorum exanimi hoc submittat; Hanc scribendi provinciam nec ego evitare potui; Diu verò animum in eligendo themate, à variis thesibus prout mare à ventis commotum ac obrutum fuisse lubentissimè agnosco;

Antequam hocce, de *Hæmorrhagiis activis*, publicis disputationibus (quod scio) nondum subjectum reperi; Et dum Helmontium, aliosque Authores non solum negavisse vidi, quod sanguis nimia quantitate generari possit, sed & hodie inter vivos talem sententiam foventes reperiuntur, Sanguinem thesaurum vitæ appellantes, si laudabilis ille cruor sit consistentiæ, nullos morbos causari, affirmantes; Contrarium verò observare quotidianum est, cum non solum multæ obstructions infarctus, distensiones, schirri febres, inflammatoriæ &c. sed & *Hæmorrhagiæ spontaneæ* à sola plethorâ sæpissime oriuntur, thesin hanc elegi, brevissimis quantum potero verbis pro viribus describere suscipio; Ut verò ordine procedam, primo loco de *Hæmorrhagiis activis* in genere acturus sum, specialiores casus sub sequentibus Capitulum te L. B. verò rogo, ut disertatiunculam hanc animo à præjudiciis libero perlegerè, nec antequam probè omnia pensitaveris de ea judicare velis, & si quædam tibi non arrideant, scito quæso, quod neque Dii omnibus placere possint. Antequam verò hocce opus aggredior Deum T. O. M.

fontem ac originem omnis sapientiæ, ardentissimis imploro votis, adsit mihi porro spiritu suo sancto, ut quemadmodum me in studiis meis duxit, ita me ad portum tendentem ulterius ducat & dirigat, quo hocce opus, & praxis futura mea *Medicina*, cedant in nominis sui Divini gloriam, multorum ægrorum, propriamque salutem, Amen.

C A P U T I.

De Hæmorrhagia in genere.

§. I.

TAntæ & infinitæ fere hæmorrhagiæ in Microcosmo nostro accidunt, ut in his pagellarum articulis omnes attingi, multò minus ritè perturbari nequeant. Hinc omnes hæmorrhagias, instrumento scindente vel pungente, contusione majori, casu ab alto, hyperemesi sive hypercatharsi, vel quacunque causa violenta ortas, non attingam; Sed in prælectiarum solummodò de *Hæmorrhagiis activis* acturus sum, & quales revera dentur? & quales sint, in sequentibus videbo.

§. II.

Priusquam rem ipsam aggredior, pauca de *Etymologia* præmittenda esse duxi, ut consueto in Scholis hætenus modò ritè satisfaciam, & eò clariùs vocis significatio L. B. intellescat: *ἡμορραγία* itaque est vocabulum Græcum, compositum ab *αἷμα* sanguis, & *εἶω*, fluo, Latinis verbis dicitur sanguinis profluvium, Germ. das bluten / viel Blut lassen: *Activa* addo, quia à spontaneis vitalibus actibus instituuntur, ut ex subjuncta definitione clarius patebit.

§. III.

Hæmorrhagia activa est sanguinis profluvium, ex vena vel arteria, in quacunque corporis parte divaricata, à nulla causa violenta, sed à spontaneis vitalibus actibus, propter nimiam plethor-

plethoram, vel solam assuetudinem, ad conservandam san-
tatem institutum: Talesque Hæmorrhagias dari omnes ho-
dierni Mechanici negant, tantam efficaciam Principii nostri
vitalis (quod ego animam rationalem credo) in motus fan-
guinis vitales nullibi agnoscentes, sic neque in his concedunt,
sed suis Mechanicis ratiocinatiunculis, has unicè Mechanicè
fieri probare nituntur; Licèt tota non solum praxis, sed &
solidissimæ rationes reclament; Hinc Mechanicorum senten-
tiam breviter hîc loci recensero: Nota est erudita Medico-
rum Schola, quod omnes actiones in œconomia animali &
vitali, hodiernis temporibus proportionato impulsu Mecha-
nico fieri à multis statuuntur, quia animam nostram rationa-
lem nullam vim nec imperium habere volunt, in nervos ex
cerebello & medulla spinali ortos, qui ad functiones vitales
perficiendas, ad omnes musculos & partes corporis, huic
motui inservientes excurrunt; Sequenti modo argumentan-
tes I. si anima agit sciendo & volendo, suarum actionum de-
bet & esse conscia, atque anima agit sciendo & volendo,
Ergo suarum harum actionum deberet & esse conscia: Sed
quo lubrico hæc argumentatio nitatur fundamento facile ap-
paret; Nonnè multæ animæ rationali functiones ab omnibus
etiam Mechanicis adscribuntur, quas planè inscicia sæpissimè
peragit? Si examinare vellem omnes actus voluntarios & vi-
tales, innumeras ferè animæ functiones demonstrare possem,
quas sine ulla ratiocinatione & exacta conscientia, imò ali-
quando sine ulla conscientia peragit; Sed unicum solummo-
do exemplum, ad fragilitatem præcedentis argumenti de-
monstrandum adferam; Nè extra nostræ disputationis limi-
tes vagemur: Musicæ instrumentali addicti, hanc nunquam
sine firma animi cogitantis applicatione addiscunt; Exerci-
tati verò aliud agendo & animum recordantem, vel planè
non, vel admodum negligenter advertendo, nihilominus abs-
que errore digitorum iusta adhibendorum melos absolvunt;
Quibus animam omnem excludi nemo non afferet: De actio-
nibus vitalibus idem animi imperium observare quotidie licet,

ubi 1. actus formationis in utero materno sine ulla premeditatione, conscientia aut cogitanda memoria celebratur. In hunc verò anima quid possit, proch dolor! quotidianum est; Fœtum non solum ab animi mathematibus gravioribus stigmata varia inuere, sed & membra structa deformare, in specialissimo loco intentioni huic conformè. 2. Multi dantur melancholico-hypochondriaci de pristino malo cogitantes, statim cordis palpitationes & totam pristinam scenam experientes: Plura de hisce vide in dissertatione mea priori. *In Mechanismo Microcosmico.* Idum argumentum quod profertur sequens est; Si anima hos (nempe vitales motus) proficiat, conscia debet esse modi agendi; Quia nullus esse potest artifex, qui non sciret quomodo hoc vel illud artificium, a se formatum, paraverit: Sed si hæc argumentatio succederet, absurdissima sequeretur consequentia; Quòd anima tunc & nullas haberet ratiocinationes, cum & actus hujus principalis, nullam ideam Physicam fieri vel & causandi habeat.

§. IV.

E contrario ex mechanico impulsu minimè causari hæc hemorrhagias apertissimè I. docent statò tempore recurrentes, ubi non solum illo mense vel septimana, quâ fluere solebant, recurrunt, sed & aliquando illo die, imò horam diei oblectant: Quid jam mechanica impulsio ad specifica statà illa tempora? plane nihil. II. Hemorrhagiæ hæc mechanicæ non adscribendæ rationi, cum non sub ipso nisu & fervido sanguinis motu, sed multis horis post, composita turgescitione demum erumpere sæpissime soleant, si mechanicè fuerint sub ipso nisu & fervidissimo motu sanguinis semper erumpent, quo major namque nisus ac motus, eò major est motus ruptionis: Quod verò demum composita turgescitione sanguinis, sanguis emittatur, denotat agentis prudentiam, évacuationem tam diù reservans; Nè scilicet sub ipsa turgescitione nimius sanguinis accidat effluxus: Merito ergo concludimus, quòd à principio propter finem moraliter agentis instituantur, & non pro passivis, sed revera pro activis hemorrhagiis habendæ.

§. V.

Diversæ tales in utroque sexu observantur, primariæ sunt *Narium hæmorrhagia, Hamoptysis, Hamorrhoides, Vomitus & Melus cruentus*: Mensum evacuationes & *Hæmorrhagia uteri* unicè sexui sequiori competunt, de quibus omnibus suo locò: Observata & sunt à Practicis sanguinis exonerationes spontaneæ in variis corporis partibus, obstructis vel non ritè profluentibus mensibus: Sic à Clariss. Dn. Melm, Med. Doct., in celeb. Marburg. Acad. Prof. Ordinario p. t. Rectore Magnif. Præceptore meo ad extremum vitæ halitum colendo, venerando. Mihi curiosâ hæc observatio communicata, ubi in virgine singulis mensibûs & quidem debito tempore mensium, paucæ sanguinis guttulæ ex extremitatibus digitorum, maximo cum dolore & sine læsione cutis, fluebant; Donec menses ad naturalem statum à se reductæ fuerint: Sic varias similes observationes qui legere satagit, ad Practicos & observationum Scriptores remittimus, ubi tales excretiones per varias corporis partes, à vitio mensum evacuationum exortas notatas inveniet; Quem in finem videri potest Zacut. Lusitan. Barthol. Panaroll. Schenck. Bontekoe & Benivenius. Cum verò hæc sanguinis evacuationes ordinariè parva quantitate fiunt, de hisce nobis non amplius erit sermo, sed digito has attingisse sufficiet.

§. VI.

Antequam ad *differentias* progrediamur non inconveniens erit, si paulo propinquius quales homines præ reliquis hæmorrhagiis subnoxii sunt intueamur; Et quid diversitas temperamentum hic valeat consideremus: Primum locum sibi vindicant plethorici, sive homines nimiam abundantiam sanguinis & humorum possidentes, II. magna vasa sanguifera habentes, ut 1. sunt choleroico temperamento tam animi quàm corporis gaudentes, 2. Melancholici, 3. choleroico-sanguinei, 4. melancholico-sanguinei, puri sanguinei rariores, phlegmatici rarissimas aut nullas experiuntur hæmorrhagias. III. In prima tenera ætate & alta senectute hæmorrhagiæ hæc non
adeo

adeò frequenter observantur quam in reliqua ætate mediâ.

§. VII.

Observatum jam dudum est à Medicorum Principe Galeno, quod animi mores sequantur temperamenta corporis & à multis solertioribus & acutioribus Præcticis hodie in quotidiana Praxi, fidelissima Medicorum magistra observatur. Inter quos est Vir ille egregius G. Ern. Sthalius, Med. Doct., & in illustri Acad. Hallens. Prof. public., Medicinæ ab innumeris erroribus Reformator ingenuus. Utî videre est passim in scriptis suis præclaris, præcipuè in Dissert. de Temperam.: Nam sicuti *Cholerici* corpore agili, sanguine facile mobili, vasîs majoribûs, magnâque copiâ sanguinis intravasa, corpore constrictiori, poris fibrarum arctioribûs gaudent; Sic & sunt animò agiles, ad actiones celeres, obstaculorum impatientes, ad vindictam proni, incommodum licet excipuum, non faciliè ferentes; Sed statim remedium contrahiscipiunt, & non prius quieti esse possunt, antequam expectatum obtinuerunt effectum; Pulsus vigilem & frequentem habent, nè sanguis intra poros coarctatos stagnet: prout homines sunt in actionibus animalibus sic & in vitalibus sese gerunt, nam si solummodò, parvam sanguinis quantitatem solito plus possident cholericis, statim periculum indoriundum esse metuunt; Sanguinemque ad locum convenientem congregat & comprimit, illorum principium movens, ubi faciliè exprimere seseque exonerare possè putat, vel jam olim levamen expertum est: Hinc cholericis multis & repetitis hæmorrhagiis subnoxii sunt: *Melancholici* corpore sicco, constricto, poris arctioribûs, sanguine crasso, minus mobili, vasîs majoribûs gaudent; Hinc sunt animò vigiles, circumspècti, timidi, meticulosi, semper de prospero successu dubitantes, hinc moderamine motus perpetuo opus est, nè nimis lento impulsu humor magis spifcescat, nimis impetuosè viæ infarciantur, unde pulsus semper tardus & durus; Estiâ incommodo non faciliè resistunt, si verò ad resistendam alii cui obstaculo cogantur, violenti; & si minus succedat effectus,

fectus, desperati esse observantur, quare hæmorrhagiis non adeò repetitis sicut *cholericis*, sed impetuosioribus subnoxii: *Sanguineis* corpus benè perspirabile, poros benè permeabiles, cruorem benè mobilem, vasa exigua, animam liberam, securam, hilarem, intrepidam habent; Hinc pulsus semper æqualis & vividus est, unde hæmorrhagias moderatiores quam *melancholici*, sed non adeò sæpe repetitas quàm *cholericis* experiuntur: *Phlegmatici* corpore flaccido, ab aquositate turgido, vasis minoribus, sanguine aquosiori, & quamdiu tenuis manet benè mobili, poris non adeo perviis sicuti in sanguineo præditi, quia fibræ à nimia aquositate turgescunt, ex hac verò turgescencia minuuntur spatia, sive pororum interstitia, sic impetum movendi hæ partes relaxatæ non ferunt; Animam habent segnem, otiosam, ab activitate insigni abhorrentem, hinc pulsus semper debilis & languidus, hæmorrhagias longè rarissimas experiuntur. *Cholericisanguinei*, *Melancholico-sanguinei* & viceversa, cum vasa satis magna, & principium in agendo, activum possident; Satis magnas & frequentes experiuntur hæmorrhagias. De *phlegmatico* prout plus vel minus participant, hæmorrhagiis rarioribus vel frequentioribus subnoxii sunt.

§. VIII.

Differt I. locò. II. magnitudine pro diversitate temperamentum, ætatis, sexus. III. Est vel periodica, critica vel vaga, & vel tacite placato sanguinis motu, vel sub ipsa turgescencia sanguinis erumpit: Sic talem tacitam hæmoptysin ter sese expertum esse asserit Cl. Dn. Melm Dissert. de abusu Mechan. in Medic. §. XVI.

§. IX.

Causa proxima est sanguiferi vasculi, in aliqua corporis regione, ubi hæmorrhagia accidere solent, activa apertio-
~~ne~~ Causam occasionalem & materialem con-
 gestiones sanguinis & plethoram esse statuo, & quidem com-
 motam, accedente intentione excretionis; Multi alias ob-
 servantur plethorici, vitam quietam ducentes, ab omnibus
 B . . . hæmor-

hemorrhagiis per multos annos liberi, accedente verò majore sanguinis motu, & intentione excretionis, sanguis facile perripit. Recentiores verò plurimos dissentientes habeo, qui acrimoniam vel obstructionem causam esse volunt. Sed ab obstructione has fieri est primò contra leges hydraulico-mechanicas, ubi angustia meatuum celeritate compensatur. Secundò mecum præterea ab affectu consentientem habeo experientiam satis conspicuam, videlicet in obstructionibus, infarctibus certissimè præsentibus, gravissimis, illarum etiam partium per quas sanguis omnis sæpius de die transpelli debet, *schirrhis* nempe & indurationibus *Epatis & pulmonum*: In quibus tanto certius dicta symptomatica sanguinis congestoria, restagnatoria, eructatoria &c. exserere se deberent, horum tamen nullum observatur à se quatenus ab obstructione, sic multos post mortem cultro anatomico subjectos, pulmones minoribus *schirrhis* refertos habentes, ab Anatomicis & Practicis notatos reperies, qui nunquam *hemoptysin*, *tussim* neque molestiam aliquam peccoris habuerunt: E contrario & reperiuntur hæmoptysin sæpius experti, nullos pulmonum *schirrhos* habentes. Tertiò fræsens ab obstructione semper sub ipso nisu agitatione & motu vehementiore sanguinis erumperent, contrarium verò quòtidie experiri licet.

§. X.

Ab *acrimonia* Physico-mechanicè fieri dissuadent, I. quòd lege circulationis acris illa materia per totum corpus copiosè liter distribui, ibidemque suas *virtutes* inducere deberet, quòd tamen non fit, sed unum specialissimum locum occupat. II. Sæpiùs statica sua tempora, dies, imò diei horas & acrimoniam certam observant, quid verò hocce ad *acrimoniam* ? patet nihil: III. Multa imò innumera exempla allegare possent, ubi à quotidianis assumptis acidis, acribus, septicis, imbecillis, fenicalibus, ventriculum erodentibus & colliquantibus, tum cruentum non secutum fuit. IV. Adfunt *scabiosi* sanguinem acrimonis refertum habentes, ab omnibus tamen *hemorrhagiis* spontaneis liberi.

§. XI.

Causa efficiens ergò est *Principium nostrum activum*, à nimia plethora sibi damnum gravius oriundum esse metuens, hinc sanguinem ad specialem locum, intentioni ritè satisficientem proprimit, com- & exprimit; Et certè omnibus modis rationi magis conformis à priori, & factu etiam facilior à posteriori est talis apparatus atque scopus, qui potius *causam* ipsam subtrahendo & præoccupando, quàm effectus expectando, occupatur; Et melius est hos generales nifus ad congestiones & tandem eruptiones sulcipere, quàm specialissimos post hac vigiles, continuos, & tamen de felici successu ambiguos, motuum conatus tentare: Anima nostra prout evacuationes sanguinis artificiales, à quibus jam sæpius levamen experta fuerit, assuefit; Sic etiam evacuationes illas activas si sæpius optatum inde obtinuerit effectum, facile addiscit non solum, sed in agendo etiam fit promptior.

§. XII.

Tandem *sex res non naturales* dictæ causam materialem & occasionalem præbent *hemorrhagiis*; Inter quas primum locum sibi vindicat *aër*, cujus usus ad circulationem sanguinis & vitam conservandam necessarius est; Si sit bonæ notæ & temperatè calidus, insensibilem transpirationem valdè adauget, valetudinique conducit vid. Sanctor. de Med. Static. Sect. 2. aph. 2. Ad *hemorrhagias* verò causandas in genere confert *aër* calidissimus, qui sanguinem egregiè attenuat & expandit, ut eò citius concurrente intentione expressionis & nisu perruptio fieri possit, præsertim si simul sit humidus, qui partes relaxat, ut sanguis majori copia intra partes relaxatas influere possit, & ex his à calore distentis facillimè à natura nostra sanguis evacuari solet.

§. XIII.

Cibus & potus suum hic quoque addunt symbolum; *Cibus* bene nutriens & facile dissolubilis, non nisi plethoram efformando, & longinquo *hemorrhagiis* nostris ansam præbere potest; nam *qualis cibus talis chylus* &c. Si ergò debita

quantitate & qualitate assumuntur, ad vitam conservandam præbent idoneum pabulum: Nocent verò aromatica omnia calida sic dicta, sanguinem rarefacientia atque turgeficientia. Inter *potulenta* spirituosa & spirituoso fermentativa, nimia copia assumpta, & primariè concurrente temperamento, ad hæmorrhagias experiundas idoneo.

§. XIV.

Motus moderatus limites non excedens fanitati admodum conducibilis, corpus namque firmat, insensibilem transpirationem non solum, sed & se- & excretionem omnes placidè promovet. *Quies* moderata corpus & animum à labore detigatum recreat, sanguinem reliquosque humores vehementi motu nimium exagitatos, ad pristinum naturalem motum reducit; Si verò *motus* nimio impetu perficitur, præcipue sub radiis solaribus, sanguis nimis exagitur & expanditur, sicque ad hæmorrhagias causandas idoneus: *Quies* nimia variis morbos quidem causat, ad hæmorrhagias verò efformandas (nimis admodum mediatiè) nihil contribuit.

§. XV.

Somnus quietus & moderatus naturam ab actionibus detigatam recreat, perspirationem insensibilem promovet & corpus firmat vid. Sanct. 1. a. Sect. 4. aph. 1. *vigilia* inter moderatiores terminos coarctatæ, principium nostrum ad activitatem in agendo disponunt; Si verò *somnus* sit nimis ad pigritiam animam deducit, unde tales homines in phlegmaticum humorum statum prolabuntur: *Vigilia* nimis animam ad nimiam activitatem disponunt, corporaque leviora reddunt, ad hæmorrhagias verò nihil adeo conferunt.

§. XVI.

Excreta & retenta tandem sequuntur: *Excreta* quæ excerni debent, si convenienti tempore loco & mensura excernuntur; *Retinenda* in debita quantitate si retineantur, magnum profecto corpori humano indè exurgit præsidium, si verò excernenda licet adhuc bonæ consistentiæ retineantur, oritur indè plethora, quæ nostro effectui ansam præbere potest. Si

verò retinenda excernantur varia in œconomia animali oriuntur turbæ, sed ad nostrum effectum (nisi assuetæ sint, & debito tempore non recurrant) nil plane contribuunt.

§. XVII.

Denique animi pathemata occurrunt, inter quæ præcipua sunt *ira*, *gaudium* nimium; *timor*, *mæstitia*, in illis sanguis nimis exagitur & expanditur, uti in *ira* & *gaudio* nimio, inter quæ *ira* prævalet, hinc vetus proverbium *ira furor brevis est*. Variæ ab his in corpore humano oriuntur hæmorrhagiæ & sæpius periculossimæ; Sub his verò sanguis interiora versus comprimitur & accumulatur, ut tandem & perumpat; Sed tamen hoc perquam rarum.

§. XVIII.

Signa hæmorrhagias præfagientia generaliora certa non habemus, præprimis in subjectis eas nondum expertis; In modo expertis suspicari potest, à sanguinis ad hanc vel illam corporis regionem (ubi hæmorrhagias antea expertus fuerit) congestione; & inde productis symptomatibus, doloribus *gravariis*, *pulsariis*, *pressariis* &c. Sed hæc modo sunt specialiora, de quibus inferius suò locò.

§. XIX.

In *Prognosi* nihil adèò metuendum, quo magis fluxus tacite, moderata quantitate, neque nimis crebrò, per loca convenientiora sine multis incommodis & molestiis procedat, juvenili ætati hisce sub conditionibus utilis est, nam adèò abest, quod hæc hæmorrhagiæ (hisce sub conditionibus) non tam corpori inferant, ut corpus potius firment, alia graviora mala præoccupent, & sanitati sint conducibiles; Hinc si sunt per loca convenientia, uti per *nares*, *uterum*, *anum*, tolerari possunt, & in assuetis utique debent, & si non rite procedat fluxus, medicamentis & bono regimine (præprimis mensium fluxus) promovendus: Nam si molimina ad eruptionem adsunt exitum non inveniendes, faciendo proventu *pacium* multiplicia incommoda, quæcunque à restagnatione sanguinis copiosa, impetuosa, pertinace, frequente & magis,

magisque ob leviores causas insolescente expectari possunt. Ubi verò frequentiores vel copiosiores, majori cum molestia per loca erumpant incommodiora, meritò medicamentis aequè ac sanguinis artificialibus evacuationibus (si ætas sit vegetior) succurritur natura: Talia loca sunt *pulmones*, *ventriculus*, *venes*. A nimia quantitate profluente *hydropem*, *pedum edematofum tumorem*, *cachexiam*, *hecticam*, *tabem* &c. Præfici deducunt sæpius subsequenter, sed oritur potius ab adstringentibus nimis immoderatè datis, cum immensum major ejusmodi casuum numerus, in quotidiana conversatione sese offerat, ubi immanes profusiones sanguinis sine Medicorum aut vulgariùm medicamentorum concursu sistuntur, nihil quicquam horum post sese trahunt.

§. XX.

Cùm patiens nullum commodum à Medico probè Theoria instructo habeat; Nisi praxin huic superstruat, bonaque remedia è fonte *Pharmaceutico* & *Chirurgico* præscribat, denamque *Dietam* ordinet, quò morbum ritè ac securè debellare possit; Sic ego ut ad curationem progrediar necessarium esse duxi, ut verò ordine procedam, aliam esse curationem in paroxysmo, aliam extra eum dico: In paroxysmo probè notandum, quod sanguinis fluxus in principio nullis modò adstringentibus sisti debeat, præcipue fortioribus ab authoribus hinc inde laudatis, ob sequentes rationes I. si exitus ocludatur atque intentioni evacuandi non sit satisfactum, totalis materiæ congestæ sequitur retentio, & in ista inprolabitur, unde corruptio *inflammatoria*, *ulceratoria*, *gangrenosa*, &c.; vel retrocedente hac vice materia congesta, non tamen pereunte intentione sanguinem imminuendi, *febris cutæ*, *inflammatoria* sequuntur II. Insignis adest impotentia restringendi in parte à sanguine distenta, expansum enim vasculum ad restrictionem ferri nequit, nisi immediatè adstringentia ei applicentur: Hinc perit omnis efficacia adstringentium in illis casibus, ubi immediata applicatio locum non invenit; nisi tali quantitate dentur, ut adstrictio per totum corpus

corpus diffundatur, quod si fiat in corpore plethorico, æstu-
 plo, sanguine commoto, sequuntur ab his nimis præcipitan-
 ter exhibitis, *in carcerationes sanguinis* in visceribus glandulosis,
 unde producentur *Schirrh hepatis, lienis, pancreatis & glandu-
 larum mesenterii*, unde hectici vel hydropici fiunt patientes;
 mirandum sanè quod illi qui causam ab obstructione meatuum
 deducunt, in *hemorrhagiis* à ventriculo etiam remotioribus
 statim exhibeant *adstringentia*, cum illi meatus (si essent ob-
 structi) ab his magis adhuc obstruerentur. Si ergo nimio
 fervore non prorumpit sanguis, spontè sine ullo *adstringentium*
uso sistitur; Si verò nimia quantitate profluit, è fonte *Phar-
 macentico* conveniunt leniora illa *adstringentia*, parvis dosibus
 data, talia sunt *corall. rubr., spec. de hyacintha, terr. Cosech. &c.*
 fortiora nunquam nisi in casu admodum desperato exhibenda,
 ubi si duæ vel tres doses nihil efficiunt, nec decem doses ju-
 vabunt: E fonte *chirurgico V. S. ones, revulsoria* in loco opposi-
 to, *ligaturæ, frictions extremorum, vesicatoria, scarificationes, &
 cucurbitularum applicationes*, passim à Practicis laudantur, vid.
 Cel. Fabr. Hildan., Forest. Zacut. Lusitan., River., Cl. Sthal.,
 Etmüll. &c. II. Nimius sanguinis motus compescendus
 quò sine laudantur *aluentia & refr gerantia*, turgescentiam san-
 guinis cohibentia, non *acida* sanguinem coagulantia, viasque
 stypticè astringentia, sed *nitrosa*, sanguinem obfuscantia, ubi
 laudatur *nitr. tabul., crystall., antimoniat., arcan. duplicat., tartar.
 viriol., aq. nymph., plantag., portul., rosar. &c. syr. ribium, ber-
 ber., diam. &c.* si hæc cum prioribus leniter adstringentibus
 conjunguntur commodæ indè parari possunt formulæ; qui-
 bus & addi possunt *cinnaberina*, & si quid sedativi desideras
MPill. de cynogloss. ad gran. j. ij. iij. ad summum, egregia præ-
 stabit III. si alvus verò adstricta clystere aperiente primò e-
 mollienda. Extra *paroxysmum* sanguis congestus I. discutiendus
 & ad ordinarium & æqualem ejus motum reducendus; quod
 perficitur lenissimis *diaphoreticis alexipharm.* & *volatil.* talia sunt
*anion diaph., Ocul. canc., tartar. viriolat. &c. ess. alexiph., eleni,
 pimpin., scord., cichor., Timel. sal. tartar. spir. & sal volatil. CC.*
 Succip.,

Succin., viperar., tartar. &c. Volatil. cum alexipharmacis & Tinct. sal. tartar. mixta matutino, pulverulenta priora vespertino tempore parvis & repetitis dosibus danda. II. ordinarius reliquarum excretionum sit successus, alvus præprimis aperta imò & laxata sit, cui scopo conducunt ~~et~~ rhabarbar. fol. ^{sem.} s. s., manna calabr., crytall. tart. &c. III. Conducunt ^{et} ~~et~~ in loco opposito. Scharrificat. & repetitæ laxationes circa æquinoctia vel ante ordinarium invasionis tempus.

§. XXI.

Tandem ad *Dietam* progredior, & dico quod in omni *hæmorrhagia spontanea* patiens in paroxysmo quietè se continet, impetuofum motum vitet, & extra paroxysmum; Conducit verò moderatus & repetitus; Calor pedum & extremorum servandus; Omnia graviora animi pathemata cane & angere pejus fugienda, præcipuè ira; Inter esculentia abstineat ab omnibus *aromatibus* calidioribus, sanguinem turgescentibus; Inter potulenta conducit *cerevisia* tenuis probè cocta & defœcata, potus theè & infusa herbarum; Omnes excretiones in naturali statu conservandæ: His breviter traditis me ad *hæmorrhagias activas speciales* converto, & quæ in specie circa hæc notanda veniunt breviter tradam.

C A P U T II.
De Hæmorrhagia narium.

§. I.

Hæmorrhagia narium activa est sanguinis per nares spontanea evacuatio. Quæ propriè competit junioribus pueris, adolescentibus in sexu maximè virili tæte Hipp. Sect. 3. Aphor. 21. ad virilem ætatem profecti, per palindromen etiam talem, ut dictis primis periodis ætatis, pueri tales narium hæmorrhagiæ assueti fuerint, succedente ætate in aliis locis evacuationem sanguinis subeant; Si talis iterum

nerum impediatur, peculiaris talis recursus ad antiquum emunctorium instituitur. Tale Exempl. habet Cl. G. Ern. Stahlus in Patholog. Medic. vera Sect. I. membr. 2. art. 1. De quinquagenario modicè & rarò hæmorrhoidum evacuationem experto, qui rursùm in repentinam narium hæmorrhagiam, trium librarum pondus proprius adæquantem incidit. Talis vicaria secundum genus evacuandi via, *fæminino sexui* etiam admodùm familiaris, quando uterinæ menstruæ evacuationes vel planè non, vel minus quàm convenit atque sufficit, succedunt; Quod quotidie experiri licet, præ reliquis in junioribus, fæminis gravidis & plethoricis, si mensum evacuationes primis ingravidationis mensibûs fluere planè desinunt, omnis sanguis per menstrua evacuari solitus, nutritioni & augmentationi fœtus nondùm impenditur, ad caput congregatur, & per nares singulis sæpè mensibûs, per repetitas vices evacuatur. Duo talia Exempl. mihi nota in Matronis Nobiliss. gravidis, junioribus & plethoricis quæ primis & mediis ingravidationis mensibûs tales hæmorrhagias experiuntur copiosas & sæpè repetitas: *Virgines* evacuationes uterinas debita quantitate ac legitimo tempore expectantes, rarissimè *narium hæmorrhagiis* afficiuntur. Quoad Mechanicam aptitudinem cujus interuentu sanguinis eruptio per nares ità promptè fieri possit, consideranda hic ex *Anatomia* venit planè peculiaris tunicæ textura nares interiores succingentis, quæ numerosis tenerrimis ramificationibus arteriarum carotidum & venarum jugularum furculis gaudet, quorum posteriora venarum nempe vascula cum cerebro & meningibus communia habet, unde patent viæ mediantibus quibus sanguis ad caput congestus per nares excernitur.

§. II.

Differt hæmorrhagia narium, I. *magnitudine* pro conditione ætatis, sexus, plethoræ, II. est vel *vaga* vel *periodica*, sic est vel semestralis vel menstrua vel diurna. Cl. G. Ern. Stahl. lib. alleg. recenset casum adm. curiosum de Senæ qui singulis mensibus narium hæmorrhagiam experiebatur, eo cum

eum discrimine, ut uno mense ex una, altero ex altera nare sanguis stillaret: III. Est *hereditaria* vel propria diæta *acquisita*, IV. vel est *critica*, de qua statim, V. vel *tacite*, vel sub ipso sanguinis motu erumpit.

§. III.

Causa occasionalis est omne illud, quod congestionibus ad caput anam præbet, ubi primam occasionem sæpius datur violentæ narium contusiones, capitis plagæ, allisiones motus corporis indomiti, cursitatio in sole capite nudo: Licet omnes hæ causæ quæ primam occasionem narium hæmorrhagiis præbent, plus minus violentæ sint: Inposterum tamen datis longè aliis, magis simpliciter internis causis occasionalibus, eundem exitum iterum affectet, & si semper non assequatur; Tamen sedulo moliatur, quod verò caput multum sanguinis admittat, causa est primò magnitudo eius ad proportionem reliqui corporis: Secundò propter curationem primis septemannis peragenda, vel propter cerebrum adactus ipsas rationales administrandas efformanda: *Causa accidentalis* esse & potest vocalitas, clamores, ejulatus sanguinem per vasa jugularia refluxentem remorantes, unde inflationes venarum, & faciei rubores, ut & potulentia spirituosus inferiorum; Enormiter concalescæta hypocausta: reliquæ causæ vid. superius.

§. IV.

Signa præsentia I. sunt *capitis dolores* gravativi in anteriore capitis parte, à sanguine ibidem largiter congesto vasorumque nimia dilatatione. II. *Tensio pulsabilis*, est comæ principii moventis sanguinem exonerandi, quæ si minus proccedit levis sæpe inflammatio oritur. III. *Oculorum rubor* & turgescencia, denotat sanguinem in anterioribus capitis locis congestum esse, hinc vascula etiam minima in oculorum bulbo distenta à sanguine apparent. IV. *Lachrymarum fluxus*, congestionem ad glandulas in canthis oculorum sitas & dilatationes minimorum vasculorum denotat; ut majori con-

sanguinem admittant, & serosam partem separent. V. *Vasorum* temporalium *inflatio*, congectionem in exterioribus capitis partibus etiam esse indicat. VI. *Narium pruritus* est illa, micatoria fibrarum tractio, ut vascula aperiuntur, & sanguis effluere possit, tandem sequitur ipsa *eruptio*: non verò omnis *hemorrhagia narium* hisce concomitatur symptomatibus, sed sæpissimè sine ullis concurrentibus symptomatibus oritur.

§. V.

Signa Prognostica sunt sequentia, si spontè, legitima quantitate, placidè ac moderatè neque nimis crebrò succedit, nihil usquam incommodi creat ei quem afficit, imò sublevat familiarius ad sensum, & alacriorem reddit: Imprimis si antea ex insigni abundantia inertior, & veluti gravitate in membris, oneratus fuit patiens; Si molimina ad eruptionem adfunt, evacuatio verò non succedit variis *affectibus spastici, tensorii, inflammatorii, vertiginosi, &c.* secundo pariuntur proventu in assuetis: *Frequentior* neque tolerenda ob assuetudinem & periculum, nè cohibitione arte facta, ad *peccus stases* fiant, tam *inflammatoria pleuritica*, quàm *segniore aethmatica* atque tandem *phthisica*, antequam verò ad curam progredior, breviter de *Hæmorrhagiis narium criticis* quædam monebo.

§. VI.

Hæmorrhagia Critica post commotiones insignes, remoto aliquo die, definiti tamen numeri atque mensuræ temporis ita erumpit, ut non solùm evacuationem conspicuam atque largam (secundùm dictèrium antiquum Medicum; *Nihil paucum criticum*) perpetret; Sed etiam fit cum duplici consecutionis diversitate. I. Quod vel ad salutem tendat in febribus *ardentibus, inflammatoriis*, præ reliquis in *inflammatione Epæis & Lienis*; In febribus *continuis Epidemicis* salutariter determinantes observavit *narium criticas hæmorrhagias* Cl. Sydenham. *vertiginem* solvit test. Hipp. in coac. prænot. Sect. III. *surditatem* in febribus Sect. IV. aph. 60. *capitis dolores* Sect. 6. aph. X. in *variolarum* initio si accidat larga, & spontè cessat; bonum est;

est, & facile evadunt ægri teste Etmull. *deficientibus mensuris* si accidat, bonum. teste Hippoc. Sect. 5. aphor. 33. II. *Fænestè* ut plurimum determinatur in *morbis contagiosis, exanthematicis, variolosis & pethechialibus*, si in statu morbi accidat: In peste ut plurimum si accidat *lethalis* existit teste Cl. Decker. in febribus quartanis malum teste Hippoc. aph. 117. Sect. 7.

§. VII.

Signa presagientia partim dependent à motibus *pressorii* *congestorii* ad caput; partim à *congestione* ad caput *impetrata*: *pro* ora sunt, *tensiones* in hypochondriis, & præcipue in dextro; *Urine suppressio* aut iminutio, neque paucitas solum sed & *tenuitas* ejus: *Sudoris suppressio*. *Frigidulus* ad tactum partium inferiorum *sensus*: *Posteriora* sunt *dolores gravativi*, *pressorii*, *stenatorii* *capitis*, *oculorum prominentia*, *rubor*, *distensio*, *lachrymarum voluntaria*, *lucis aversio*: *surditas*, *sonitus* atque *sibilus aurium*, *vertigo*: *insomnia* de rubore, incendio, sanguine &c. aliquando *phantasmata* talia inter vigilandum accidunt, ut juveni Romano contigit, cujus mentionem facit Galenus libr. de Presagitione ad posthum. cap. 3. is morbo acuto laborans, *serpentem* ad cubiculi laquearia oberantem videre visus est. Die indicatorio sæpius quædam *guttula* effluunt, *Turidem narium pruritus*, & sanguinis die critico sequitur *excretio*.

§. VIII.

Signa prognostica boni aut mali eventus, petuntur I. à *morbo presente*, de quibus jam dictum, II. à *die excretionis*, III. à *quantitate*, IV. à *loco*, V. à *symptomatibus & circumstantiis*; *Dies critici* sunt VII. XIV. XX. XXVII. &c. *Indicatorii* sive *semi critici* IV. XI. XVII. XXV. &c. Si jam die *indicatorio* guttule quædam profluunt, signis *concoctionis* utcunque *apparentibus*, *crisis* die critico sequente & morbi *resolutionem* (sive morbis ubi *crisis* per *hæmorrhagiam narium* salutariter evenire solet) plenariam indicant; Si verò *diebus intermediis* vel *precedentibus* sanguis profluit, malum portendit *signum*: *Quantitate* larga si profluit ad 2. 3. 4ve libras (pro diversitate subiecti) bonum, morbi enim *resolutio* inde observatur; Si vero *paucæ*

pauca sanguinis quantitas, imò sapius quædam guttulæ fo-
 lummodo excernuntur, malum; denotat enim naturæ imbe-
 cillitatem; Hinc omnis *critica excretio* quæ inchoatur & non
 perficitur optimo jure damnatur ab Hipp.; Si peccat in
excessu adeò ut mortis periculum adfit, pessimum præbet si-
 gnum: Locus in quo ordinariè salutariter erumpunt sunt *narès*.
 Per reliqua loca non ità observantur. Quo *minoribus & levi-*
oribus symptomatibus sanguis æqualiter & constanter ad ca-
 put congregatur eò moderatior die *critico* fit excretio & contra.

§. IX.

Cura hemorrhagie narium, alia est in paroxysmo, alia extra
 eum. In *paroxysmo* rarissimè habet locum; Sanguis enim de-
 bita quantitate profluens, temere sistendus non est, nisi gra-
 viora longè mala causari velis: Quòd optimè notandum erit
 in *hemorrhagiis narium criticis*, ubi ad 3. 4ve libras, & ul-
 terius (pro conditione patientis) cum maxima *euphoria* ex-
 cernitur; Si verò *nimia quantitate* profluit, sistendus. Quòd
 peragitur *adstringentibus* in prioribus datis; Conducit & *solutio*
aluminis, Vitriol. mart. vel *turunda* ex alumine naribus immis-
 sã, *fuliginem* recentem *abonorum* commendat Severinus: Specifica
 laudantur *urtica* ad frontem alligata à Borello; *Radix nigell.*
 sub lingua detenta à Simon. Pauli, sed sapius fefellerunt:
 Certioris verò effectus est *rad. irias lut. palustr.* præcipuè re-
 cens sub lingua detenta, laudantur & *vapores aceti* &c. *Lac-*
eam Pictor. cum *alumin. crudo.* aa. p. æq. laudibus extollit Cl.
 Dn. Haesbaert, Med. Doct. & in celeb. Academ. Teuto-
 burg. Profess. Ord., Præcept. meus ad cineres usque colen-
 dus. Forestus libr. 13. Observ. 14. commendat *cucurbitul.*
 supra pedes: Zacut. Lusit. *cauterium actuale* in utraque pedum
 planta appositum, in *hemorrhagia* nullis remediis cedente. Ob-
 servat. 66. libr. prax. Si in *hemorrhagia critica* nimio impetu
 ad caput defertur sanguis, symptomata illa temperanda, quòd
 commodè perficitur *aq. refriger., nivos., & cinnabar.* in præc.
 laudatis. In *hemorrhagia periodica* præservativè conveniunt pe-
 diluvia &c. Si ab obstructis *mensibus* vel *hemorrhoidibus* ori-
 ginem

ginem trahit revocandæ sunt, quem in finem laudantur I. alvi repetitæ laxationes ex rhabarb. & aloëticis, II. martial. cum Tinct. sal. tart. & Emmenagogis (sed lenioribus) mixta; talia sunt *croc. mart. aperit.* Zwölf, Ludov. & Sthal.; *Solut. minor. mart. Hassiac.*, item *Tinct. vitriol. mart. Tartar.*, *Tinct. sal. Tart. croc. orient.*, *cort. aurant.*, *ess. myrrh.*, *milles.*, *pinpin. alb.*, *gentian. cinam.* &c. ut & infusa herbarum robor. *milles. puleg.*, *scabell. fl. centaur. min.*, *cheira* &c. sed in horum usu alvus semper sit aperta; Sic & frictions pedum, *pediluvia* & *V. Sic.* in pede; in hæmorrhoidibus præterea *hirudinum* applicatio egregia hic præstat, si ante tempus eruptionis usurpatur.

§. X.

In *Dieta* nihil præter dicta notandum venit; quam quod patiens vitare debeat hypocausta valdè concalescenda, circumsitationes in sole capite nudo, frigus extremorum præcipue pedum.

CAPUT III.
De Hæmoptysi.

§. I.

Hæmoptysis activa est copiosioris & floridioris sanguinis ex aspera arteria sive pulmonum lobis, sine causa violenta externa, cum vel sine tussi, per os evacuationis; Sicque distinguo, hanc à sputo sanguinis striato ex oris, faucibus, palato, ventriculo &c. progrediente: Cum Etyologia nullum directum usum Medicum habeat, brevitate gratia eam hic omitto. Obtingit hæc excretio imprimis juvenibus, unde notatu digna est Hipp. observatio, quod inter XVIII. & XXXV. annos constituti *Phthisi* obnoxii præ reliquis observentur: Quæ nempe ab *hæmoptysi*, aut reiteratione ad hæmoptysin respiciente, familiariter ortum ducit: Obtingit hæc excretio *Plethoricis*, & pleno victu utantibus.

ut & in pueritia narium frequenter *hemorrhagias* expertis. In sexu *sequiori* observaturetiam in junioribus maritatis vel virginibus deficientibus nempe mensibus, ubi sanguis ad superiora & præ reliquis ad *pectus* (datis causis occasionalibus) congregatus, exitum ibidem quaerit.

§. II.

Differt I. *hamorthis* magnitudine & impetu eruptionis, pro conditione *ætat*, *sexus*, *plethora*: II. Est vel *periodica* talia prostant exempla apud Barthol. Act. Med. Hafnienf. fol. 1. p. m. 146. *annuversariam* observavit Rhod. centur. 2. observ. 34. De *menstruante* differt. habet Cl. Sthal. *Diurnam* observavit Amat. Lusit. cent. 6. cur. 46. ubi patiens singulis diei horis sanguinem exspuebat, noctu verò licet vigilaret, tamen nihil exspuebat, III. vel tacite vel cum tussi erumpit vid. Ephem. N. C. ann. 2. observ. 45. & ann. 9. 10. observ. 135. Rhod. cent. 2. p. m. 83. & 84. IV. Est *hereditaria* vel propria *dieta acquisita*.

§. III.

Causa specialissima vix dari potest cur in hac ætate juvenili sanguis majori copia congeritur ad *pectus*, nisi quod hominum uti incipiat *multa voce*, *sermocinationibus*; Scilicet cum viæ in hac ætate ad consistentiam pervenerint, quæ in junioribus magis erant expansibiles, sic absoluto hoc incremento, ulterior expansio non bene toleratur, sed excussio facile sequitur, observatur & sæpius à *sanguine* in mensibus vel hæmorrhoidibus obstructis *regurgitante*; *Causa occasio* esse & potest *duerna* abdominis *compressio*, qua sanguis majori copia ad *pectus* apprimitur, *aër calidus* & *humidus* pulmonum texturam relaxat, ut sanguis majori copia ibidem congregari possit, & à natura evacuari. Quoad *Mechanicam* aptitudinem, consideranda venit *texturæ ténertudo summa*; Ut *principium* nostrum eò facilius sanguinem ibidem congregare seseque à nimia congesta quantitate *exonerare* possit, quòd si reète attendatur mirandum sanè quòd affectus hic adeò rare eveniat.

§. IV.

cum tinct. sal. tartar. & alexiph. lenior. in prac. alleg egregia præstant, quia leniter tonum roborant, & æqualem sanguinis motum simul promovent: *Balsamicorum* præcipue calidiorum hic nullus usus, sed propter vim orgasticam sanguinis excretionem tanto fortius intendunt: *Pediluvia* repetita, V. Sectio in pede & laxationes alvi præservativè adhibita, egregia præstant.

§. VII.

In dicta hîc præ omnibus *hemorrhagiis activis* quietè se continet patiens in *paroxysmo*; & ab omni loquela quantum fieri potest abstineat; Aër non sit calidus nec frigidus; Potulenta sint tepida & tenuia; ab omni cibo præter tenuiora juscula carnea vel lacticinia abstineat, omnes commotiones animi vitet: *Extra paroxysmum* conducit motus moderatus, equitatio, vectura &c.

CAPUT IV.
De Vomitu cruento.

§. I.

Vomitus cruentus activus est sinceri, copiosi atque grumosi sanguinis per os (mediante vomitu) spontanea excretio: Evenit rarius puellis & virginibus junioribus, magis autem jam adultis & paulo annosioribus, intra ambiguum, tamen solennem menstruorum evacuationum versantibus: Viri nisi hæmorrhoidarii aut pathemata hypochondriaca & molimina hæmorrhoidaria experti sint, à vomitu cruento activo liberi vivunt: Affectus est admodum rarus & inter activas sanguinis evacuationes rarissimus; Modus fiendi sequens est; si sanguis per mensium sive hæmorrhoidum evacuationes evacuari solitus, exitum non invenit, mediante vicinarum communicatione ad *ventriculum*, *lienem* & partes ejus vicinas ordinariè congestiones fiunt; principium nostrum activum ab hac congestione *stasim* plénariam metuens, ventriculi texturam relaxat, vasa ejus sanguine implet, restrictio-

D

nes

men experta, quâ data occasione eandem repetere solet.

§. IV.

Signa praesagientia sunt I. *constrictio alvi* & intestinorum praecipue inferiorum, qua sanguis superiora versus congregatur. II. Post assumptos cibos *pressiones* & *angores* perferunt, quia cibo repletus sanguinem ex vasibus suis exprimit, cum verò ob sanguinem à tergo sequentem recedere non possit, oriuntur angores & pressionis. III. *Pracordiorum angustia* à sanguine ibidem congesto, stagnante, vasaque nimium extendente. IV. *Dolor* & *intumescencia hypochondrii sinistri* à sanguine ad lienem specificè congesto, à quo lienis textura expansibilis in immensam molem saepius expanditur, unde intumescencia illa. V. *Dejectio appetitus*, quæ partim à nimia ventriculi relaxatione (unde melius sese habent à sapidioribus, durioribus cibis, quàm à dulcibus, lacticiis vel brodeis carnis calidis, ventriculum adhuc magis relaxantibus) partim verò à priori deduci potest, quia ventriculus cibo si esset repletus non aptus esset ut variis motibus constrictoriis & relaxatoriis subire & cibum bene concoquere possit; Hinc à priore negligit natura appetitum ut eò citius & promptius optatum obtinere possit effectum. 2. Cibi adhuc majorem plethoram causarent si ritè concoquerentur, & sic majorem molestiam inducerent. VI. *Dolores cardiaci spastici* ad gulam usque, qui oriuntur à sanguinis facilius repetita congestione & constrictione. VII. *Nausea* & *vomendi conatus* per diem unum alterumve adest, quibus sanguis in ventriculi cavitatem mediante *ἀναστροφῇ* exprimitur, oriuntur enim à constrictione & relaxationibus repetitis. VIII. Denique vomitu sanguis grumofus & crassus larga quantitate prodit.

§. V.

In Prognosi notandum quod vomitus hic longius duret in foeminis quàm in viris II. quod apud foeminas sponte iterum cesset, non itidem apud viros III. quod apud foeminas imprimis juniores minus periculosus sit: quàm apud viros IV. quod apud foeminas facilius periodis affuecat quàm apud viros: Ubi-

cunque inolefcit periculofæ consecutionis est, & prout vel copiofiffima eruptione excedit, vel adstringentium abufu perperam à Medico tractatur, ità *cachexiam*, *œdemata*, *hydropem*, *hecticam*, *convulfiones colicas* & alia *hypochondriaca* & *hysterica* *hæstico-convulfiva* pathemata post se trahit.

§. VI.

In *curarione* à fortioribus *adstringentibus* hîc etiam abstinendum esse moneo, quia incarcerationes sanguinis &c. promovent: Alvus potius I. *clystere* emoll. & carmin. aperienda, addito stimulo salino. Laxata alvo conveniunt II. leniora *adstringentia*, superius laudata, parva & repetita dosi, præstantissimum præ omnibus remedium hîc est *millef.* in forma essent. *præservativè* etiam loco theæ haustum; quamdiu verò grumosi sanguinis notabilis quantitas excutitur, temerè sistendus non est *adstring.*: Si extra *paroxysmum* suspicio de grumosi sanguinis præsentia in ventriculo adest, alvus I. *laxanda*, quem in finem egregie laudatur *rhabarb.* in forma infus. *Menses* vel *hemorrhoides* si in culpa sint ad naturalem statum reducendæ: II. conveniunt *alixiphar.* & *volat.* æqualem sanguinis circulum promoventia, quibus addi potest *Tinct. sal. tart.* sed parva & repetita dosi danda; *pediluvia* & *V. Sio* in pede præservativè si instituuntur, egregia præstant.

§. VII.

In *Dietâ* caveat præter dicta *pedum frigus*; *Ventriculum* *colicis* non oneret; Pro potu ordinario assumere potest infusum *herb. roborant.*, *Theæ*, *cerevis. ten.* benè coct. extra *paroxysmum* con- ducit motus corporis æqualis &c.

CAPUT V.
De Mictu Cruento.

§. I.

Mictus *cruentus activus* est sanguinis sinceri unâ cum *urina* per membrum virile vel muliebri spontanea *emictio*. Affectus est *senum plethoricorum*, *sanguineorum*,

neorum; hæmorrhoidariorum, vino, iracundia &c. expositorum; Communis etiam est *sexu sequori* circa illa tempora ubi menses ferè naturaliter fluere desinunt, præfente adhuc plethora; Prodit nempe sanguis copiosus, sincerus, floridus; Nisi urinæ falsedo consistentiam ejus alteret aut mutet; Si semel levamen ab hac evacuatione experta est natura nostra, periodos typicè recurrentes facilè formare, & à sola assuetudine & internis occasionalibus causis recurrere solet: *Mechanico-organica* fiendi ratio sequens est, sanguis per mensium sive hæmorrhoidum evacuationes excerni solitus, circa ordinarium tempus ad hæc loca majori copia dirigitur, exitum verò non inveniens, ratione vaporum communicationis facilè ad renes congestiones fiunt, ubi naturali etiam relaxatione vasculorum renalium facilè perrumpit.

§. II.

I. Est vel *vagus* vel *periodicus* & *anniversarius*, quale exemplum mihi notum in viro 45. ann. plethor., qui singulis *æquinoctiis autumnalibus* mictu tali cruento afficitur. De *menstruo periodico* diversa exempla allegavit Cl. Sthal. dissert. de motu tonico locali. II. Est. vel *recens* vel *inveteratus*. III. durat vel longiori *impetu* vel *moderatius* etiam incedit.

§. III.

Causa occasionales sunt menses & hæmorrhoides præfertim externæ suppressæ, *arthritis* suppressâ, aliarum assuetarum *evacuationum neglectio*, *concussiones* corporis *enormes* sub equitationibus, *virosa* largitur assumpta; *Veneræ rei abusus* apud senes, ut ad hanc viam vergat excernendi conatus: *Detruncatio manus* & *pedis* ex Foresto. *Causa proximior* est sanguinis ad renes *congestio proxima* est vaporum renarium apertio.

§. IV.

Signa diagnostica sunt sequentia, I. *Dolores ac tensiones lumborum*, à sanguinis congestione vaporumque renalium dilatatione, II. *Urina* admodum *crassa* & *rubra* emittitur, ad quietem verò reducta magnam sanguinis copiam in fundo deponit. III. In *uretra* aliquando gravem pressionem sentiunt à sanguine ibidem

congrumato hærente, & ad putredinem (n̄ extrahatur in principio) vergente, quod si accidat dira symptomata observantur: Sæpius etiam sine ullis symptomatibus tacite sub crapula vel equitatione crumpit.

§. V.

Ad *Prognosin* notandum, quod propter loci inconvenientiam nullus *nilis effectus* est hujus evacuationis, quin incommoda & pericula præponderent, & sic eventus semper est deterior; *Melius cruentus* periculum *exulcerationis* & *calculi renalis* involvit: Si *senes* in eum devolvuntur, non diu supervivunt, nisi admodum liberè hic fluxus ipsis succedat, alias ordinariè intra paucos annos moriuntur: *Morbis acutis* præsertim *anthematicis* superveniens *lethalis* teste Cl. Melm.

§. VI.

In *curatione* si adfit *plethora* & *enormior sanguinis emicatio*, Conducit I. *V. S.* larga in *brachio*, ut tanto securius *cohibitio* si necessaria videatur suscipi possit. II. Conveniunt *Coarctantia digestiva*, commotionem sanguinis refrænantia in præced. laudata. III. Subjungenda *tonica roborantia*, *maritima* e Regno vegetabili ab authoribus laudatur *equisetum*, *pentaphyllum*, *Inbeder. terr.*, *hyper.*, *vinc. per vinc.* & præ reliquis *virga aur.* Interim assuefactus nisi excedat numero aut copia nulla fert *ramula*. Extra *paroxysmum* I. *Alexiphar.* in præc. laudata subjungenda & *maritanda* nè *febris* suboriat. II. Si *sanguis grumulosus* in *vesica* stagnat *resolvendus* *incessibus* vel *cataplasmatibus* ex *herba agrim.*, *hyssop.*, *beron.*, *charef.*, *chamom.*, *melil.*, *sambuc.*, *rad. irid. florent.*, *alibea* &c. ex his & similibus *varia* possunt componi *formulæ*. *Præservativè* conveniunt *V. Sion* in pede, *pediluvia* & *alvi laxationes*; præsertim si à *menstruis* vel *hemorrhoidibus* obstructis ortum trahit.

§. VII.

In *Dieta* abstineat ab omnibus medicamentis & alimentis *virivana* pellentibus, *vinosa* & *vinoso spiruosa* largitur assumpta valdè noxia sunt &c.

§. II.

Differt hæmorrhoidum fluxus I. quod vel sit *internus* vel *externus* II. est vel *periodicus*, singulis æquinoctiis veris & autumni vel mensuris periodis revertens conf. M. A. N. C. ann. 4. observ. 44. 69. Amat. Lusitan. C. 5. cur. 3. III. Est vel *vagus* sine ordine & typo recurrens, talis obtingit si *singulis annis* semel patientes exerceat, vel *frequentius*, ubi singulis 3. 4. 5. 6. *Septimanis* sine tamen ullo ordine recurrit. IV. Fluant autem ordinarie spontè citra arbitrium aut intentionem ægri, contrarium tamen & observ. Panarollus Pentec. obs. 47. de quodam qui si voluit ex intentione intensè potuerit promovere & sistere hunc *fluxum hæmorrhoidalem*. V. Differt pro diversitate *sexus*, in sexu namque sequiori rarius typicè recurrit sed semper ferè est *vagus* & *erraticus* VI. est vel hæreditarius vel propriâ diætâ acquisitus.

§. III.

Causa specialissima esse potest *abusus rei venerea* propter visorum communicationem; Sic *venereis impuritatibus* affecti ulcerationes aliquas peculiare circa ani orificium & exitum intestini recti experiuntur II. sæpius repetitus usus aloëticorum III. aperiuntur & sæpius si sanguis ad hæc loca à natura congestus exitum ibi quærit: causa occasionalis esse potest *potus nimius, vinosus, iracundia, scybalorum durities*, &c. si semel aut bis se à sanguine nimio hisce in locis exoneraverit natura, in posterum eandem viam repetere solet.

§. IV.

Color faciei ad viriditatem inclinans pathognomicum signum est *hæmorrhoidibus* laborantium test. Foresto. *Dolor pressorii & constrictorii*, in regione pubis & ossis sacri, sæpius è longinquo spasmi tales instituuntur, ad sanguinem ad vasa hæmorrhoidaria propimenda, prægressis his congestionibus sequitur *vasorum apertio* sanguinisque evacuatio. Percipiunt illis quibus exquisitior sensus obtingit, præsentiam *rei durioris* & ut communiter loquuntur, tanquam *nuclei duri, pinæ* aut *corni*. Sæpius in assuetis sine *ullis symptomatibus* tacitè exprimitur sanguis,

guis, & ordinariè post fæces alvinas si internis patiens laborat *hemorrhoidibus*.

§. V.

In *Prognosi* notandum quod *hemorrhoides* tacitæ, moderatæ & typicæ saluberrimæ sint, præservant nempe & curant morbos multos *chronicos*, morbum *hypochondriacum*, *melancholium*, *scorbutum*, *maniam*, *inflammationes*, *scirrhos* & *tumores viscerum*, *arthritidem*, *podagram*, *morbum ichiaticum*, *hemoptysin*, *vomitum ac mielium cruentum*, & similia mala vid. *Dolæum*, *Hildan.*, *Hippoc.* &c. quando fiunt loco menstruæ evacuationis similiter sunt salutates teste *Hippoc.* sic exempl. longævorum virorum vid. ex *hemorrhoidum periodo fluxu* in *M. A. N. C.* ann. 2. obs. 192. ann. 4. & 5. obs. 44. & 69. si verò obstruuntur vel in excessu vel defectu peccant, varia similia mala fœcundo proventu procreant, sic à *nimio* ejus fluxu viri ad exercitium venereum impotentes redduntur vid. *Cl. Ettmull. coll. præct.* pag. 172. si verò planè obstruuntur, prædicta & similia varia generant mala; si impeditè admodum fluunt, variæ turba in abdomine ac dolores colici oriuntur.

§. VI.

In *curatione* notandum quod si sanguis tacitè, moderatè finè multis incommodis profluit, tolerari possit; & utique debeat in assuetis, nam talem assuetum & bene toleratum fluxum sisti temerè non posse finè maximis incommodis, præcticæ testantur observationes; Si verò nimis invalescit moderari potest, *nirosi*, *digestivis* & *cinnabr.* parvis & repetitis dosibus, cui addi & possunt, *species de hyacinth.* gr. ij. iij. iiij. si quid sedativi desideras; Præservativè *I. volatilia c. alexiph.* & *Tinct. sal. tart.* mixta, in præc. notata ad sanguinem æqualiter distribuendum, hic egregie conducunt. *II. convenit V. Sio* sed non sæpe repeti debet, quia natura utrique evacuationi facile assuefit, ut & *laxationes alvi* repetitæ ex *rhubarbar.* si verò non ritè procedit fluxus in assuetis, *hemorrhoides* aperiri debent vel *laxationibus* repetitis ex *bellebor. nigr.* & *aloeticis*, vel applicatione *barbaram.* Modum applicandi vid. apud *Sennert. C. 3. Præct.*

E

Quæst.

Quæst. 3. Etmull. coll. Pract. pag. 174. nempe lavatur locus cum lacte & illinatur cum sachar. à lacte soluto, vel sanguine animal. recente vel & lancetta parumper vulneratur, ut guttula sanguinis effluat, tali modo hirudines facilius allecuntur, si sufficienter suxerint, adspargatur caput sale communi, cujus acrimoniam sentientes decidunt.

§. VII.

In Diata si fluxus invalescit vitet patiens omnia aloërica & omnia medicamenta æque ac alimenta sanguinem ad hæc loca pellentia veneris, usus sit moderatus, convenit motus corporis æqualis &c.

CAPUT VII. De Mensium fluxu.

§. I.

Mensium fluxus est sanguinis speciali sine congesti, per uteri fundum vel vaginam ejus singulis mensibus excretio. Hic fluxus *sexui sequiori* solennis, & ad conservandam sanitatem (ad minimum in sæpius expertis) necessarius est: Tempus quo fluere incipiunt est ædus (septem) rarius, ubi pubescunt, tamen adeò strictè in omnibus non incipit hic fluxus ann. 14to, sed pro diversitate temperamentum & plethoræ citius vel tardiùs etiam erumpit; raræ sunt observationes ubi ante decimum annum fluxerint menses, tales vid. apud Schenckium, Waldschmid. Tulpium; Fluunt ordinariè ad septimum usque septenarium; annum 49. & eo tamen cum discrimine, ut etiam pro conditione subjecti citius vel tardiùs fluere naturaliter definant; raræ adm. & sunt annotationes ubi ultra 50. annum diu fluxerint, tales tamen videri possunt apud Hildan. Panaroll. M. A. N. C. ann. 9. & 10. obs. 9. & 49. ordinem talem servant, ut tres septennariæ vacuæ numerentur, 4ta verò excretio illa peragatur, & per illam septimanam absolvatur; Rarum namque est exemplum illud,

illud, quod Panarollus pent. 2. obs. 41. refert de muliere singulis mensibus bis menstruata, sine sanitatis noxa; Phales lunæ ordinariè observant, secundum illud tritum: *Luna veni vetulas, juvenes nova luna, repurgat.* Menstrua hæc evacuatio à quibusdam ad conceptionem adeò necessaria esse creditur, ut mulier hanc non experta ad liberos procreandos idonea esse dicatur. Exempla verò contraria videri possunt apud Schenck. Panaroll. M. A. N. C. ann. 6. 7. obs. 64. sic nota mihi est Matrona, octo (ni error) liberorum mater, nunquam mensium evacuationem experta, & quod mirandum, duæ virgines jam ante aliquot annos pubertatis tempus transgressæ, nunquam mensium evacuationes expertæ, nec molimina ulla inde passæ fanissimè vivunt.

§. II.

Causa specialis est sanguinis circa annos *pubertatis* majori copia ad *uterum* & genitalia congestio vasorumque apertio. Finalis est ut nutrimentum *fœtui* in fœmina prægnante afferat; Hinc I. tempore *ingravitationis*, æque ac *lactationis* ordinariè *fluxus* hic sine ullis incommodis cessat. Teste Hipp. & experientia; Si sanguis hic gestationis tempore fœtui decedat, & eruptionem subeat, facillimè succedat abortus; Si verò uterus non *inprægnatus*, nè statim circa genitalia inducat, immediatè per *uterum* & ejus collum evacuatur.

§. III.

Evacuatio hæc *uterina* in activioribus & robustis sine ullis fere *symptomatibus* peragitur, nisi quod solummodo sentiant totius corporis *structuram*, ante sanguinis eruptionem; Quæ sanguis ex toto corporis ambitu ad viscera interna & speciatim ad *uterum* comprimitur, ut ibidem excernatur; Delicatiores inde *palescunt, flaccescunt, frigescunt*, à defectu sanguinis sinceri in corporis ambitu. Si verò fluxus hic suppressus, nulla & innumera fere oriuntur mala, de quibus hic scribendi nullus mihi conceditur locus nec tempus, sed de hisce videri possunt omnes fere Practici. Tali quantitate sæpius sanguis per loca genitalia in sexu sequiori excernitur, ut medicamentis

tis fisti necessariò debeat, in quo casu præterea adfunt *profusiones in sinu & constrictiones repetita*, quibus sanguis majori copia congregatur ad uterum. Hæ *Uteri hemorrhagia* ordinariè fiunt illo fere tempore, quo mensium evatuations naturaliter emanent.

§. IV.

In *prognosi* notandum, quod fluxus hic si moderata quantitate, debito tempore & loco sinè multis incommodis profluit nullatenus sistendus sit; Cùm hæc evacuatio sexu scquiori S. N. solennis, & ad tuendam sanitatem necessariè erget, si verò debita quantitate vel planè non fluunt menstrua, medicamentis in curatione *hemorrhagiarum* narium datis sunt propellenda. Si peccant quantitate & adstringentibus fortioribus uno impetu sistuntur; Oriuntur faciliè *tumores pedum, cachexia, obstruct., viscerum, hydrops, tabes, febr. inflammatoria* &c.

§. V.

Hæmorrhagia uteri faciliè fisti solet *V-Sione* in brachio quæ præmissa dantur interne leniora *adstringentia* sæpius laudata, præ reliquis *corall. rubr., spec. de hyacinth., terr. catechu* &c. quibus merito adduntur *contemperantia, nitrosa & cinnabrina*. Si fluxus adm. impetuosus sit gr. ij. iij. *MP. de cynoglossa* adhiberi possunt. Externè apponenda *linreamina acet. rosac. maderifeta*, denique *volatilia c. alexipharmacis & Timct. sal. tart. mixta* conducunt extra *paroxyfimum* &c.

§. VI.

In *Dieta* abstineat tempore *mensium fluxus* ab omnibus *crudiis & faciliè fermentescibilibus* cibis, *potulenta* sint bene *cocta & defœcata*; Si *nimia quantitate* profluunt *menses* vitet omnia *aromatica, viscosa & vinoso-spirituosa* sanguinem exæstuantia &c. Breviter hisce traditis finio, me tuæ L. B. commendas humilitati ac benevolentia. *Deus T. O. M.* pro præstito hucusque auxilio gratias humillimas agens, ipsum que supplex implorans, ut porrò *Divina Sua* gratia mihi favere ac adfistere velit.

F I N I S.

COROLLARIA.

I.

Crisis etiam datur in his oris, sed à multis Medicis prob dolor! non attenditur, vel perversa medicatione perturbatur.

II.

Medici qui ad symptomata Opiò sopienda plus attendunt, quàm ad veram morbi causam; Morbum palliant, non verò curant.

III.

Morbi Chronici periodici felicìus curantur præservativè quàm curativè.

IV.

Medicus natura Minister non verò Magister esse debet.

V.

Juvenis Medicus verà Theorià Medicà instructus Præctico Empyrico præsferendus.

VI.

Talis enim Theoreticus felicissimus erit Præcticus.

VII.

Inter veram Theoriam & Praxin perpetuus & indissolubilis debet esse nexus.

VIII.

In omnibus hamorrhagiis activis V. Sctio. in loco opposito Drvinum est remedium; Præsertim si præservativè instituat.

IX.

Febres sunt salutare.

X.

Glandula pinealis non est sedes anime.

E 3

In

In Honorem
DOCTISSIMI DN. DOCTORANDI
JOHANNIS FRIDERICI
von de S A N D E

TE Verè doctum tua Dissertatio tradit,
Chimiam calles, & cætera Medica nosse,
Sedulus es Artis Phæbeæ castra sequutus.
Ergo jure petis, qui, nunc tibi dantur, honores.
Et Tibi grator Ego, Numen tua cæpta secundet.

Ita applaudit B. L. M.

GEORGIUS HENRICUS BOEHME
Med. Cand.

Ræsa tibi Medicum Duisburgum præparat aptum
Marburgi studium firmat in arte Virum.
Ergo tuam sobolem clara Machaönis arte
Instructam posthac suscipe læta Manu.
Quæso velis nostris votis Deus addere finem
OMNIA FELICI PROSPERITATE FLUANT.

*Amicum ita indisposito Calamo inter multos
majorem à primis studiorum annis Collegam
mibi charissimum gratulabunda mente
perpetua familiaritatis memoriam venerari
debut*

JOANNES ADAMUS de GANGELT
Med. Cand. Teque socio Doctorandus.

2160

Wird glücklich der geschicht/ der kläglich kan erfinden/
 Wie und auf was für weiß dich oder das geschicht.
 Was hält man dan von dem/ der künstlich kan ergründen/
 Wie und auf was für weiß man dich und das zernicht?
 Ich sage Dieser ist für glücklich mehr zu seuchen
 Als Jener/ der nur bloß der Sachen Ursprung weiß/
 Dich hilft bey uns nicht viel/ Das kan vielmehr ergehen/
 Dich halt den geringsten nur und Das den höchsten Preis.
 Dan wird ein Feind wol drum auß seine Festung weichen/
 Dieweil ein ander weiß wie das er sich postirt.
 Mir nichten: Sondern drum wird er die Segel streichen/
 Dieweil er seht wie das sein Brustwehr demolirt.
 Was hilft es das man weiß wo sich Morbona sezet?
 Und wie von ihren Sig sie Lethes Wasser spreit?
 Hieron wird Zweiffels ohn Apollo nicht ergetet/
 Wo er nicht wüß wie man von Atropos befreit.
 Von beydem/ wehrter Freund/ kanst Du doch Proben geben/
 Drum wird dein Lob anjeh im grünen Lorbeer steh'n/
 Glück wird darum zu dem an deine Seite schweben/
 Und Neidern werden selbst stets bey und umb dir geh'n.
 Wer dan die Proben sucht so nicht nach Falschheit schmecken/
 Der schaue nur was hier uns diese Schrifft gelehrt.
 Sie hat ein Pyrrhus nicht für Nicias zu schrecken/
 Ein recht gegründte Kunst ist mehr als Lobens wehrt.

Glück dan wehrter Musen-Sohn
 Da Apollo dich wird grüssen;
 Und da Gut und Kincf zum Lohn/
 Ich als Doctor Dich wird küssen.

A. B. STAHL,
 Med. Cand.

Wehrter

24 Wehrter Freund da dein Studiren
 Jez das rechte Ziel erreicht /
 Wird man deine Treuw probiren /
 Da man dir die Stufen zeigt /
 Da wo nur Apollo streitet
 Und man nur sein Lob aufbreitet.
 Halte dich in allem munter /
 Defendire deinen Post;
 Stosse deine Feind hinunter /
 Gehe tapffer auff sie loß.
 Dann wird dich Apollo zieren /
 Und dich zu den Nymphen führen.
 Glück dan wehrter Freund in allen /
 Glück in diesem Ehren-Felde /
 Fama laß dein Lob erschallen
 Durch die ganze weite welldt /
 Daß dich dieser Tag mag ziehren /
 Dich als Doctor weg zu führen.

Dieses sehet zur wohlverdienten
 Ehren glückwünschend auff
 seinen wehrten Freund und
 Vetter

JOH. F. BECKER,
 Phil. St.

J H A T S

